



Universitätsbibliothek Paderborn

**Spes & Fiducia, Cvrīs Ivdiciisqve Dei, Erga Homines In Hac
Vita Existentes, Firmata**

Stengel, Georg

[S.I.], 1645

§. 11. Animi lætitia in minoribus sæpe maior, quàm in magnis.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-49823](#)

num aspicias ac facultatem. Hoc ergo vi-
spiranti Thomæ obsonium attulerunt. Ille
annonam cum socijs diuidendam ratus, o-
mnes ad communem mensam vocauit. Et
audi ipsum loquentem. *Resedimus sub dumo,*
ait, panem comedimus. Et, licet palearum ari-
sta, quæ erant in pane, palatum comedentium
stimularent, nunquam tamen in vita measum
tam suavi deliciarum edulio delectatus. Opti-
mus coquus est appetitus, quo carent Apicij & manducones, qui nunquam benece-
nant, qua nunquam esuriunt. Est ergo &
hæc vtilitas paupertatis, quod egenis faciat
meliùs sapere cibum quemcunque, quam
diuitibus epulas Iouiales: immo & diuiti-
bus, si volunt esse abstinentes. Hinc Artaxerxi & Ptolomæo aqua & panis delitæ
fuerunt; & à Lacedæmonijs coquus omnis
juris nigri perpetuo decreto proscriptus est.

Plutarch.
in Laco-
nic. Cic.
§. Tusc.

§. XI.

*Animi letitia in minoribus sepe maior,
quam in magnis.*

Accedit ad hoc libertas animi, & vita-
curis vacua, quæ est vel hinc pompæ aulicæ
preferenda; quia illa anxietate libera omnia
reddit jucunda: hæc autem nunquam qui-
escit stimulis atque intemperijs exagitata.

Appono

Appono h̄ic talia expertum & confitentem Augustinum. Inhiabam, inquit, honoribus, lucris, coniugio, & tu irridebas. Patiebar in eis cupiditatibus amarissimas difficultates, te proprio tanto magis, quanto minus sinebas mihi dulcescere, quod non eras tu, &c. Et paulò infra: Quām ergo miser eram! & quomodo egisti, ut sentirem miseriam meam, die illo, quo, cum pararem recitare Imperatori laudes, quibus plura mentirer, & mentienti faueretur ab scientibus: easq; curas anhelaret cor meum, & cogitationum tabificarum febris astuaret. Transiens per quendam vicum Mediolanensem, animaduerti pauperem mendicum, iam credo saturum jocantem atq; l̄tantem: & ingemui, & locutus sum cum amicis, qui mecum erant, multos dolores insaniarum nostrarum: quia omnibus talibus conatibus nostris (qualibus tunc laborabam, sub stimulis cupiditatum, trahens infelicitatis meæ sarcinam, & trahendo exagerans) nihil vellemus aliud, nisi ad secundam l̄titiam peruenire, quo nos mendicus ille iam præcessisset, nunquam illuc forte peruenituros.

§. XII.

Dinitum &que malis, ac nummis, carrent pauperes.

Ex his exemplis perspicuum est, quām

R 5 verum

S. Augu-
stin. I. 6.
Confess.
cap. 6,

go vi
Ille
us, o-
it. Et
dumo,
mari-
ntium
ea sum
Opti-
t Ap-
ne cœ-
rgo &
faciat
quām
liuici-
Arta-
elitiae
omnis
usest.

r,

vita-
ulice
omnia
nqui-
itata.
pono